



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

5. Julij. 3. Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**



5. Julij. 3. Nonas.

**B.** U L P H O de Ulphaso, Dux Neri-  
 cia, sanctæ foeminæ Birgittæ con-  
 junxit idem piissime: qui naturali bo-  
 nitate ad pietatem propensus, ex con-  
 sortio tantæ sanctimonix, animum  
 summis quibusque virtutibus imbuiti.  
 Hinc illa in condonandis, quæ tibi in-  
 gerebantur, injuriis facilitas; in iis ve-  
 rò, quæ DEUM concernebant, vindi-  
 candis severitas: in decidendis subdi-  
 torum causis justa, in patrocínio pau-  
 perum benigna voluntas. Eiusdem piæ  
 uxoris consilio pedes ad D. Jacobi li-  
 mina laboriosum iter suscepisti: ac tan-  
 dem in monasterio Alvastrensi Ordi-  
 nem Cisterciensem amplexus, ultimos  
 vitæ annos in maximo rigore, aliisque  
 monasticæ perfectionis operibus tra-  
 duxisti. *Nimis perversus est, qui in soci-*  
*etate bonorum non desinit esse malus: tra-*  
*hendus exemplo, cujus est vis maxima in*  
*omnem partem. Nec deest unquam tale*  
*consortium illi, qui ex humilitatis dicta-*  
*mine omnes aestimat se meliores, studetque*  
*imitari, quæ virtutis sunt, reliqua cæcis*  
*oculis pertransiens.*

Floruit  
anno  
1240.Sancti  
cōjugij  
fructusHumi-  
litas u-  
biq; bo-  
nos in-  
venit.

B. MARTHA, Camera B. MARIÆ Circa ã.  
 prope Bruxellas sanctimonialis: quæ

1249.

A 27

postquam



14 ANNI CISTERCIENS.

Perse-  
veran-  
tia ne-  
cessaria  
ad salu-  
tem

Postquam B. Aleidi, leprâ laboranti, diuturnum indefessa charitate famulatum exhibuisti, ab eadem laboris tui pretiosum minerval, promissum vitæ immortalis accepisti his verbis: *Soror, esto robusta, & in bono persevera; Dominum oravi pro te. & exaudivit me, in libro viventium notata es cum electis. Percessaria severantiam in bono, quam accipere meruisti, etiam mihi à Deo impetra. Quot pia proposita concipio, dum ex lectione sacra mihi de vita in melius mutanda cogitationes suggeruntur! Tu fac, ne hostis malignus illa suis suggestionibus dissipet.*

S. BERNARDUS, Epist. 129.

Elogia  
Perse-  
veran-  
tia.

*Absque perseverantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. Vigor virium, virtutum consummatio est: nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatæ vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseverantiam: nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo.*

6. Julij.